



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 29. Quid si exempti instituti sint per Laicum hæredes, an si pro
testamenti publicatione citentur coram iudice Laico à quo sunt exempti,
recurrere possint ad suum conservatorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

Ratio secunda, quia necessitas non habet legem. l. 2. §. si tamen ff. si quis curia-
 nibus Innoc. cap. cum Ecclesia de immuni. Eccl. & in qualibet dispositione semper cen-
 setur esse excepta necessitas, l. 1. ff. de offic. pro cons. Emmanuel Roder. quaest. regul.
 tom. 2. quaest. 62. art. 3. qua de re & ego alibi alia quaedam de iurid. ord. in exem-
 ptos lib. 4. quaest. 1. n. 9. quaest. 51. n. 3. unde & necessitatis tempore non modo huma-
 ni iuris sed divini, Rom. l. si vero §. si vero num. 9. Fall. 54. ff. sol. matr. Emanuel d. tom.
 2. si quaest. 9. art. 8. in fine. ratio haberi non solet, cap. discipulis de consecr. dist. 6. Rom.
 l. si vero §. si vero num. 9. Fall. 54. ff. Sol. matr. Emanuel Roderic. d. loco tom. 1. quaest. 9.
 m. 8. in fine.

QUAESTIO XXIX.

Quid si exempti instituti sint per Laicum haeredes, an si pro testamenti publicatione
 citentur coram iudice Laico à quo sunt exempti, recurrere possint ad
 suum conservatorem.

SUMMARIUM.

1. Cautione emissa an sua putaverit inter- dicem laicum.
2. Testamenti laici publicatio spectat ad iu- d. non potest re curri ad conservatorem.
3. Scripturae recognitio peti potest coram or- dinario.

Minimè. Glossa cap. si haeredes ubi DD. de testam. Covar. pract. quaest. cap. 8. nu. 1
 2. Gutierrez lib. 2. pract. quaest. 49. Emanuel Roder. quaest. Regul. tom. 2. quaest. 62
 art. 12. Tum quia Iudex laicus huius quaestiois est iudex competens, Covar.
 d. cap. si haeredes nu. 3. & DD. iam citati Baribol. l. solent ff. de aliment. & cibariis legat.
 Tum quod ejusmodi citatio est conditionalis, si sua putaverunt interesse, Bald. l. te-
 stem. nu. 5. C. de quaest. quo casu opinione nonnullorum quos tamen alio in loco,
 quaest. 41. non sequor, exempti subjiciuntur ordinario, Surd. dec. 79. Tum quia
 ejusmodi publicatio testamenti laici spectat ad iudicem Laicum, Ansvr. de rep. clem.
 1. Regula 2. nu. 9. vers. 9. fallit de offic. ord. l. consulta. divaria C. de testam. licet
 enim executio testamenti ad Ecclesiasticum iudicem spectet, non
 tamen illius publicatio glo. d. cap. si haeredes. prout & de recogni-
 tione propriae Scripturae alio in loco scripsimus, d. tract.
 lib. 2. quaest. 45. num. 104.